

IVSTI LIPSI
OPERA OMNIA
QVÆ AD CRITICAM
PROPRIE SPECTANT.

*Quibus accessit ELECTORVM Liber
SECUNDVS, nouus nec antè editus.*

Cetera item varie aucta & correcta:

Quorum omnium Index & Ordo pagina sequenti.



ANTVERPIÆ,
Apud Christophorum Plantinum.

clo. Id. lxxxv.

et del consiglio d'Inventione de Salamanca

AD PRÆTOREM,
CONSULES, ET SENATVM
L V G D V N E N S E M.



Iv est cùm vobis munus aliquod. & ingenij mei monumentum debeo, Viri prudentissimi: nec, vt tenuitas mea est, adhuc expedire potui hoc nomen. Nunc tamen soluo. nec scio an in aspero prorsus proboq. nummo. Libri enim veteres sunt, quos offero: nec nunc recenter nati, culti tantùm & diligentiore quadam aſciā politi. Hoc ipſo tamen noui, quòd aucti, quòd iuncti om̄ies vnâ, quòd grandiore quadam hæbitu & augustâ magis formâ. Denique & membra quædam in iis noua: capita inquam, imò libri. Et vt maximè veteres sint: hoc vno propriè debentur vobis, quòd plerique ex iis concepti in hac vrbe & excepti: quòd producti & educti suauiter huius spirantis otij aurâ, quòd Ordines & vos benignè mihi fecistis. Itaque vt arbores solo dicuntur cedere, in quod translatæ: sic iure ingenium

ΕΙΣ ΤΑ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΑΝΔΡΟΥ

ΙΟΤΣ ΤΟΥ ΤΟΥ ΛΑΙΠΣΙΟΥ

ΚΡΙΤΙΚΑ

Στρεβλὸς διορθῶσαν ἀρχέων σφόδρα καὶ βίβλων, οἱ γραπτοὶ^{τοι}
Δυσχερὲς, αἰφνίσσεις ὡς πλόος εἰς ἐφύπλευ.
Ἐστι δὲ πεπτυμένης ἔργον νῦν, παντεδάπτης τε
Εμπλέκει ἄλμοσύνης, ἐμπλέκει ἐνσοχήν.
Λιψίς ἀρχέτυπον Κελποῖς τεθέντος, οἷς Πολυκλύτε
Ην φρόπαλαι πάσιν πλαστομένοις Κανού.

Bon. Vulcanius.

PRIVILEGIVM GALLIARVM REGIS.

C AVITVM HENRICI III. Galliarum Regis Privilgio, ne quis in omni
eius regno libros totos, aut in parte, quoscumque Christophorus Plantinus
aut nouos excuderit, aut veteres, sed correctos sive illustratos, aut adnotatos, eo se
itterum excudat, excudi faciat, aut excusos vendat, idque intra sexennium à eius-
que libri editione. Id autem hoc sine, ut ne idem Plantinus, laborum suorum,
sumptuique meritisimo fructu priuetur, cogatique tandem intermittere aut
omittere laudabile suum munus, cum detimento reipub. litterarie, & doctorum.
Qui contra fecerit, sciat paratam librorum confiscationem, aliasque penas sive
multas, que Regis Edictis continentur. Cum leges tamen, ne iidem libri quicquam
contineant, quod vel Religioni Catholica Apostolica Romana, vel huius regni Sta-
tuti aduersetur. Atque huius Edicti exemplar cùm fronti aut calci eiusque operis
apponetur, nullius typographorum sive bibliopolarum ullam ignorantia causam pre-
texat. Datum Fontibellaque, quinta Augusti. M. D. LXXXII.

Signat.

Per Regem

De Neufville.

IVSTI LIPSI
ANTIQUARVM
LECTIONVM
COMMENTARIUS,

Tributus in libros quinque; in quibus varia
scriptorum loca, Plauti præcipue, illu-
strantur aut emendantur.



ANTVERPIÆ,
Apud Christophorum Plantinum.
cic. Ic. lxxxv.

AD AMPLISSIMVM
ET NOBILISSIMVM
VIRVM D. THOMAM
REDINGERVM.



ITTO ad te, nobilissime Redingere, priorem hūc Commen-
tarium meum, debi-
tum vel priuatæ a-
micitiæ nostræ, vel
publicæ tuæ in litteratos benignitati.
Leue munus, si id ab opinione vul-
gi spectabis: non leue, si vel à labore
meo, vel à iudiciis paucorum. Quin-
que enim libri sunt, in quib[us] optimo-
rum scriptorum varia loca partim fa-
nawi, partim illustravi, quædam di-
uinans, plæraq[ue]. adiutus à libris. quo-
rum alterum ingenij est, alterum di-
ligentiæ, & vtrumque iudicij. Quid
effecerim, tu imprimis, & à te alij iu-
dicabunt: effecissem quidem certè

IVSTI LIPSI

ANTIQVAR. L E C T I O N .

L I B E R P R I M V S .

C A P V T . I .

*In Planti Amphitruone antiquam vocem
reponendam videri.*

APLAVTO sit initium: cuius insignitum locum Amphitruonis Prologo, arbitratio iure constituam. Quod enim vulgo legitur,
*Sine adeo ediles perfidiosè cui duint,
Similem rem ipse in legem esse iussit Iupiter
Quasi magistratum sibi alterius ambiuerint.*

meiudice adulterinum est pro germana & antiqua voce, *Si remps in lege iussit e. I.* Si remps veteribus Ro. solemne in legibus scribendis verbum, valet Similis aut Eadem. McMinit Festus, idque interpretatur Similis res ipsa, producto exemplo Catonis. Carissius litterator dupliciter tantum inflebit ait, nominandi casu Siremps, & auferendi, ab hac Siremps. In monumentis antiquis etiam hodie legitur, *D E . E O . A G R O . S I R E M P S . L E X . E S T O . & in alio, SIREMPSQUE. E I S . V I A T O R I B V S . D E . Q V E . E I S . V I A T O R I B V S . Q . O M N I V M . R E R V M . I V V S . L E X . Q V E . E S T O . Q V A S I . S E I . E I . V I A T O R E S . &c.* Arbitror igitur Plautum auferendi casu scripsisse, *Si remps in lege esse,* id est, simili in lege esse, & perinde teneri: aut si placet, *Si remps in legem* spreta Grammaticorum anxia obseruatione. certarum imperitos exscriptores diuulta voce fecisse, *Si remps ac mox pro captu suo illud, Si, in Similem vertisse.* Eius argumentum quod C. V. Sambuci codex habet, *Si similem, ut planè appareat à priori voce, haric alteram quasi interpretem fluxisse.* De hac re ita censco.

A

C A P V T

I V S T I L I P S I
E P I S T O L I C A R V M
Q V Æ S T I O N V M
L I B R I V.

*In quis ad varios scriptores, plerique ad
T. Liuum, Nota.*



A N T V E R P I A E,
Apud Christophorum Plantinum.
c/o. Io. lxxxv.

AD AMPLISSIMUM
BRABANTIAE CAN-
CELLARIVM.

VÆSIVI, VIR AMPLISSIME,
cui libri huius munus deferrem:
nec inuseni cui magis vellem, cui
magis deberem, quām tibi. Vel-
lem, quia unus eximie inter Belgas intellegis hoc
genus antique doctrina, & quia intellegis, amas:
deberem autem, propter illustres & in ore om-
nium virtutes tuas. Et virtutes dico publicas
priuatāsque. Multos iam annos in summo isto
patria tribunali quasi clavum Justitiae tenes. te-
nes autem ita, ut, quod admirabile sit in tam va-
ria & diffusa iurisdictione, effugeris non solum
querelas bonorum, sed etiam calumnias impro-
borum. Merito. amant enim homines te, quia
hominem in iure deponis: & libenter acquies-
cunt decretis tuis, quia tu Justitia non excedis.
Fubet illa sentētias aquabiliter promere? tu pro-
mis. nihil tribuere gratiae, aut metuī non tribuis.
premere noxios, tegere innocentēs? tu facis. nec
unquam salutarem dextram tuam aut bonis
defuisse sensimus, aut malis adfuisse. Iam verò

* 2 antiqua

IVSTI LIPSI
EPISTOLICARVM
QVÆSTIONVM,
LIBER PRIMVS.

EPISTOLA I.

IVSTVS LIPSIUS IACOBO CVIACIO, IC.

IN Pandectis, Cuiaci, tangi video morem antiquum, nec mihi penitus perspectum, nec vulgo cognitum. De quo tamen iudicium meum suspensa manu proferam: si non aliud, ut eliciam tuum. Tit. de Pœnis. l. xxix. Callistratus ait:

Solent quidam qui vulgo se Iuuenes appellant, in quibusdam ciuitatibus turbulentibus se adclamacionibus popularium accommodare. qui si amplius nihil admiserint, fustibus casti dimituntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. quod si ita correcti in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt.

Qui isti Iuuenes? Et sane, puto eos pertinuisse ad Circum & Theattra. Ait enim: *aut etiā spectaculis interdicitur.* Cum autem in spectaculis variae partes & studia populi essent, huic histrioni, aut illi aurigæ fauentis; quæ s̄epe in apertam seditionem desierunt: fuisse quosdam quasi duces theatalium motuum, qui in quaue factione signiferi essent turbarum & clamorum. Quorum alij vulgo Iuuenes dicti sint, fortasse & alij Veteres. Restota originem habuisse videtur à Neroni, de quo Suetonius:

Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, plares Alexandria euocauit. Neque eō sequius adolescentes eques ordinis, & quinque amplius millia e plebe robustissime iuuentutis undique elegit, qui diuisi in factiones, plau-

A suum

Quid iuuenes in Pandectu.

IVSTI LIPSI
ELECTORVM
LIBER PRIMVS.

In quo, præter censuras,
varij prisci ritus.

Multis locis auctus nunc & correctus.



ANTVERPIÆ,
Apud Christophorum Plantinum.
cIc. Ic. lxxxv.

AD SERENISSIMVM
PRINCIPEM MATTHIAM
AVSTRIVM BELGICÆ
PROREGEM.

Imperatoris filium, Imperatoris fratrem.



OSTQVAM in hanc Belgicam venisti, Serenissime Prorex: saepe mihi animus fuit, munere aliquo testandæ meæ voluntatis. Debere enim iam videbar primum, quia non nouus familiæ vestræ cliens; patri tuo Maximiliano, qui ad immortalitatem receptus, Tacito à me nuper oblato. Deinde quia vniuersa Belgica adstricta tibi: inter Belgas autem ego. Tu ad gubernacula huic patriæ vocatus, salutarem manum, iniunxit multis, porrexiisti nobis: & hoc ipsum, quod deieciimus acerbæ iugum seruitutis, quod deiectum iterum non recepimus, ex parte tuum esse fatemur omnes boni. Fata te, & nouum illud quod illuxit fidus, voca-

I V S T I L I P S I
E L E C T O R V M
L I B E R I.

C A P . I.

*Refutata vulgi opinio de scriptore Controversiarum. Non esse
Annaum Senecam philosophum. ostensum id ab ætate, à
vita, à stilo. Esse illius patrem. id quoque clarè ostensum.
Senecarum stemma. Locus unus correctus.*



T Censores olim lustrum à bono nomine: sic ego ordinar hunc librum. Dicam de Annæo Seneca; cum bona spe fore, ut hoc scriptum meum annos ferat & seneat.

Censet vulgus libros eos qui Controversiarum & Suasoriarum inscribuntur.

Annæi Senecæ esse; illius, qui Philosopher dicitur, & qui Neroni præceptor. Censet vulgus, & ideò errat. Pugnat enim cum ea sententia Senecæ ætas, pugnat vita, pugnat stilos. Ætatis pugnati doceo: quia qui cumque iis libris scriptor fuit, Augusti & Tiberij æuo vixit, non Claudij & Neronis. Hoc colligo ex variis eius de se ditis. Ait alibi familiarem se fuisse Cæstio Pio, Portio Latroni, Valerio Messallæ: alibi, Ouidium poëtam declamantem audiuisse, & Asinium Pollionem viridem cognouisse & scenem. Eas omnes faces illustrasse ego scio medium principatum Augusti. At Senecæ celebrior ætas in Claudio incidit & Neronem. Addit imò amplius ille scriptor, ea ætate se fuisse ut Ciceronem ipsum audire potuerit declamantem. Verbacius sunt Præfatione prima: *Omnes autem magni nominis mihi videor audiuisse, prater Ciceronem. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, sed bellorum ciuilium furor, qui tunc totum orbem pernagabatur. Intra coloniam meam me continuo.*

A Etas vera
vniuersque
Senecæ.

I V S T I L I P S I
E L E C T O R V M
L I B E R S E C V N D V S.

In quo. mixtim Ritus
& Censuræ.



A N T V E R P I A E,
Apud Christophorum Plantinum.
cIo. Ic. lxxxv.

A D
I A N V M D O V S A M V . N.
E T
I A N V M H A V T E N V M
H V I C V R B I A - S E C R E T I S.

Non diu querendæ aut reddendæ mihi cauſſæ sunt, Iani Douſa & Hautene, libri huius inscripti vobis. Una mihi in mente & oculis, fidus honestusque amor; quo prosequor vos iure. Adfectum enim vestrum intueor? diligitis me, immo amatis. Beneficia & officia? vetera ea in me constant. & cumulatis cottidie, ita non libenter ſolum ſed ardenter, ut accipere videamini cum in me confertis. Nec diſcedit aut diſſidet à veftro meus animus. qui iunctus adſtrictusque vobis, iaminde ab eo tempore, quo nouimus inter nos, arcano quodam Naturæ nexu. Te Douſa Louanij vidi primū. & vt vidi, (vno verbo dicam,) arſi. Quis enim non in hoc tam niuei pectoris candore, & morum

IVSTI LIPSI

ELECTORVM

LIBRI SECUNDI

CAPUT PRIMUM.

*Lampridi⁹ obscurioris mendi locus elatus. Qui Trossuli:
& de Principe iuuentutis. E Seneca glossula sublata.*

BELLA mihi visa, non nego, emendatio nostra Lampridiani loci: in quo labes altior & occul-
tior, quam nec eruat nec eluat mihi quiuis.
Ait de Commodo, in eius vitâ:

*Decimoquarto etatis anno in collegium sacer-
dotum adscitus est. Cooptatus inter tres solos Principes
iuuentutis, cum togam sumpfir.*

Quæro qui isti tres Principes, quos inter Commodus adsci-
tus quartus? Morem veterem scimus ab ambitione Augu-
sti, designandi & nuncupandi Principes iuuentutis eos, qui in proximâ spe ad Imperij successionem. Scilicet ut ipse Imperator veteri exemplo & nomine, Princeps Senatus: sic isti, proximum titulum fruebantur Principum iuuentutis. At præter Commodum, quistunc cā spe aut gradu? Nemo. ncdum ut tres vñā alij, quod nego factum vñquam in Romanâ re aut cogitatum. Caius quidem & Lucius Cæsares, Principes iuuentutis sub Augusto: sed nempe fratres. nec tamen scio planè an temporibus & annis iisdem. Cetera exempla, quæ varia & multa, conuenient duintaxat in vnum. Denique esto. mos & ius fuerit creandi plures: quæ tamen hæc dictio aut adiectio, *tres solos?* Itane, solos? An denos igitur aliquos creari vis aut vicenos? Nugamenta rerum verborumque; quæ correctione tollo, & reduco ad serium verumque sensum. *Cooptatus inter troffulos: siue, Inter Troffu-
los cooptari,
troffulos.* Rem ipsam dixi. Nam Trossuli, equites: & ti-
a tulus

Princeps im-
perialis,
gradus ad
Imperium.

Inter Troffu-
los cooptari,
siue equites.

I V S T I L I P S I

V A R I A R V M
L E C T I O N V M
L I B R I I I L.

Quos nunc leui manu recensuit.



A N T V E R P I A E,
Apud Christophorum Plantinum.
cIo. Io. lxxxv.



E G R E inductus sum, testor, vt fætum hunc iterum tollerem, quem bono consilio abiici iusserram & exponi. Displicebat enim iure. quia informis, eneruis, languidus, nec veræ laudi natus nec longæ vitæ. Coegerunt tamen vt mutarem, partim amici quos non indelectabat tirocinium istud ingenij nostri & stili; partim typographorum optimus, cui parum plenum Criticum hoc corpus videbatur detracto isto velut membro. Capies igitur, mi Lector, has Varias, & leges, si voles: sed non aliter, quam vt primicias & rudimenta trepidantis ingenij nostri & parum adhuc consistentis. Adolescentes enim eas scripsimus, imò pænè pueri: à quâ ætate qui firmitudinem illam iudicij requiret, parum iudicij firmus ipse. Nam quod nunc emendasse me censeas; errabis. Quædam, fateor, eaque pinguiora: omnia quî potui, nisi liturâ vnâ? Sed nec coniectu-

I V S T I L I P S I

V A R I A R V M
L E C T I O N V M
L I B E R P R I M V S.

C A P V T . I.

*M. Ciceronis libro secundo De Oratore, locus
quidam obscurior explicatus.*

DLENA est elegantissimæ doctrinæ C. Iulij illa apud Ciceronem de iocis & facetiis accurata disputatio , & in qua legenda liberalis animus ingenua quadam voluptate delinitus possit ut in amoeno deuersorio conquiescere. Sed , verè vt dicam, vellem quanta in disputatione eruditio est , tanta in exemplis ipsis esset facilitas , quæ ita vel ambigua, vel acuta, vel denique antiquitate ipsa obscura sunt , ut minimè equidem mirer, viris eruditissimis, & ceteroqui acie mentis occultissimâ quæque perspicientibus,in his explicandis quasdam offusas esse quasi tenebras. Nolo homines eruditos nominans offendere, quos nisi honoris caussa compellare non soleo, tantum interpretationem meam obscurioris cuiusdam loci proponam , non præiudicaturus aliorum sententiis , sed quid mei iudicij sit breuiter expositurus. Ciceronis verba in disputatione illa de Iocis, Dialogo secundo De Oratore hæc sunt.

Ridiculè etiam illud L. Porcius Nasica censori Catoni cùm ille , Ex tui animi sententia , Tu uxorem habes? Non herclè, inquit, ex animi mei sententia.

Proposui locum quomodo cum legendum , & interpun-
A A - gendum

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS
PLANTINVS, KAL. MARTIIS,
ANNO M. D. LXXXV.

I V S T I L I P S I
S A T Y R A M E N I P P Æ A.
S O M N I V M.

Lufus in nostri æui Criticos.

Edita iterum, & correcta.



A N T V E R P I Æ,
Apud Christophorum Plantinum.
cIo. Io. lxxxv.

I O S E P H O S C A L I G E R O³
I V L I C A E S . F.
S. D I C O.



V A E lusi hoc biduo, mi Scaliger, super ambitione & imperitia quorundam, qui Criticos se dicunt (veros enim germanosque tangere mihi mens non est, non fuit) ea ad te mitto. Et puto fauebis muneri non Editoris solum causa, quem scio amas: sed rei ipsius. quæ et si ludicra & propemodum scenicae leuitatis, habebit tamen fortean quod te delectet imagine aliqua prisci & non vulgati ritus. Te delectet, iuuentutem doceat: cui etiam remissiones nostras volumus seruire. Satyram inscripsi. & verbum minax fecerit imperitis fortasse terrorem. Frustrà, quia sine dente, sine felle est: leui tantum sale inspersa. Eoque adeò non bono: ut verear ne priusquam in manus tuas venerit, putiscat. Vnum aut alterum tctigi pænè nominatim. sed quid? in re adeò leui, ut optem cupiamq. (quæ præiurbationum verba sunt) I D E M
I N M E. Tu tantum huic ludicro spectator applaude, mi Scaliger: flos vnice nostri æui, & qui elogium illud gentis tuæ verum ostendisti,
G E N V S D E O R V M. Vale.

A z

A D

IVSTI LIPSI
SATVRA MENIPPÆA.
S O M N I V M.

Apta ad ritum prisci Senatus.


 VID hoc anno Romæ in Senatu, dictum,
 actum, cautum sit, volo memorie prode-
 re. Frustrà me respicis, cum sublato digi-
 to, Sigalion. non debet silentio perire res
 tam magna. Dicam quæ vidi, quæ audiui,
 quibus interfui. quis vetat? Ego scio co-
 actores abisse, et) nunc am libertatem redisse. Si vera dicam,
 agnoscite: si falsa, ignoscite. Adeon' hoc æuo difficilis venia
 vnius mendacij est? Nonne & ego scio, quo loco extra por-
 tam Capenam aqua Mercurij sit? Scio. & iampridem ea
 me adspersi: prouide & in antecessum.

Desierant latrare canes, vrbesque silebant,
 Omnia noctis erant placida composta quiete.
 vel, vt cum Varrone clarius dicam, iam noctis meridies erat:
 cum tetigit me virga valentiore Dius Somnus. Autumni
 tempus erat. itaq. multæ & variæ circum caput meum vo-
 litantes umbras: donec sub Auroram Somnium ad me venit,
 longum, firmum, certum. Nam rectè aduolare mihi visum è
 Cornea porta. Eius hic habitus, & forma. Visus mihi sum
 Romæ esse in foro, ad radices montis Palatini. Solitudo pri-
 mò circa me: inde, vt fluens è mari, paullatim surgere visa
 ingens multitudo, pallentium, exsanguium, macilentorum, et)
 à quibus Cæsar iure timuisset. Si rectè notaui in crepera ad-

huc lu-